



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

3. Secundum effugium claudiur, ostendendo solam absentiam fidei
sufficere, ut omnia opera infidelium vera peccata sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13673

553

secundam igitur conditionem operis boni, quam Iulianus non putabat, sicut neque recentiores putant: cum opere verè bono seu non malo esse indivulsè nexam, fatebatur ipse cum Augustino relationem ad verum Deum veluti ad finem operis, hoc est, dilectionem Dei esse necessariam. Sed inde concludit Augustinus propositum suum de fide ad opus bonum necessariam, videlicet eo quòd non aliud ipse vocaret opus bonum, nisi quòd hominem ad æternum Dei donum regnumque perduceret; non quasi per hoc admitteret esse aliud genus operis verè boni seu non mali: quomodo enim hoc admitteret, quod totà disputationis mole contriverat? Sed potius è contrario, quòd nullum omnino sentiret esse vel esse posse opus bonum, quin hoc ipso, sicut fidem amoremque Dei velut sui principium postulabat, ita esset etiam pietatis, & cultus Dei, æternæque vite suo modo meritorium. Nam in eodem ipso loco, quo permittebat Iuliano ut ea vocaret opera bona, & sine ullo facta peccato, tales dat rationes sententiæ suæ, ut ipsi probet esse vera peccata. Primò, quia non facit ea voluntas bona, sed infidelis & impia. Apud Augustinum autem impossibile est fieri opus bo-

num, sine voluntate bona: id est, sine amore boni, quod apud Augustinum est voluntas bona. Secundò, quia dicit, voluntatem istam esse sterilem apud Deum, & ideo non bonam. Tertio, quia dicit, amorem mundi ex quo videlicet illa Iuliani opera fluunt, non esse à Deo. Quid est ergo nisi culpabilis illa cupiditas, quæ non est à Patre, omnium malorum radix, velut amor rei, quam qui potest in vitium amittere, qui in omni malefaciendi genere dominatur, ut Augustinus ex professo docet? Quarto, sine amore creatoris, quem Iulianus fatebatur non adesse in illis operibus bonis, neminem posse bene uti creatoris. Quid ergo fiet, nisi quod utetur malè, vel, quod peius est fruetur? Neutrum autem sine peccato fieri potest. Quid est enim non bene uti, nisi non rectè uti? *Omne autem factum, si rectè factum non est, peccatum est.* Sed de ista difficultate, quòd omne opus vere bonum non possit esse nisi pietatis & meritorium, alibi dabitur fusior dicendi locus. Hic sufficit ostendisse, quod infideles nihil operari possint, non solum pietatis, & beatitudinis meritorium, sed nihil omnino boni & absque peccato.

CAPVT TERTIVM.

Secundum effugium clauditur, ostendendo solam absentiam fidei sufficere, ut omnia opera infidelium vera peccata sint.

ITAQVE secunda Recentiorum responsio est, Augustinum quando dicit, omnia opera infidelium esse peccata, intelligendum esse regulariter ac moraliter loquendo, quia plerumque operantur ut infideles, hoc est, ex regula non rationis, sed erroris, apponentes aliquem perversum finem; atque ita quæstionem esse de facto potius, quam de iure, hoc est, quid plerumque contingere soleat, non autem quid subinde, quamvis rariùs, possit fieri, si operari veilent purè negativè sine fide, & non contrariè ex infidelitate. Solutio nonnullis perplacet: cum tamen magis fortasse Augustino & principijs quibus nititur, quam præcedens repugnare videatur. Nam quamvis verissimum sit quandoocunque infideles aliquid boni videntur agere, semper adesse finem malum, de ultimo actionis fine loquendo, hoc tamen unicum Augustino sufficit, ut omnia ipsorum opera peccata sint, quod negative non referantur, neque referri possunt ad illum, ad quem omnis actio creaturæ rationalis referri debet. Quem negativum exprimendi modum tam accuratè & sæpè servat Augustinus, ut nemo Scholasticorum, qui præcisos loquendi modos in enodandis difficultatibus sequi solent, præcisus locutus fuisse, & Augustinus de hoc ipso serupulosissimè latagere videatur. Nam in ipso loco, qui totus con-

troversæ de ista quæstione cum Iuliano exortium fuit, quæstionem ipsam purè negativè proponit: *Virum eo peccare dicendi sunt (infideles) quòd dono Dei malè utantur, NON ID REFERENTES ad cultum eius, à quo acceperunt?* Ita ut tota difficultas controversiæ in eo sita fuerit, utrum fides adesse debeat ad hoc ut fiat aliquod opus bonum, ipsaque sola & nuda finis illius absentia, qui fide intentionem dirigente proponitur, sufficiat ut sit opus malum? Quam quæstionem statim resolvit Augustinus affirmativè, & sæpissimè inculcat, hoc ipso quo NON ADEST finis ille debitus, qui est verus Deus, & fide per dilectionem operante intentionemque finis dirigente proponi debet, opus esse malum. Hoc probat statim in ipso ingressu tribus Scripturis solam negationem fidei Deo inharerentis culpantibus, quas identidem, & fere solas, & velut invictas tota illa disputatione repetit, & inculcat: a *Omne quod non est ex fide peccatum est.* b *Sine fide impossibile est placere Deo.* c *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Nam non esse ex fide, esse sine fide, fornicari seu apostatam esse à Deo, manifestissime nihil aliud, quam negationem fidei vel dilectionis ei coherentis denotant, nec ullo modo etiam ex mente Apolloli & Prophetæ postulant, ut contrariè istæ locutiones intelligantur, Augustinum verò eas sic semper intelligere,

intelligere, solamque fidei absentiam velut mala operatiōis originem, causamque sufficientissimam peccati incusare, plurima ipsius & apertissima testimonia sine ulla ambiguitate declarant. Nam statim in ipso ingreſſu cūm recensisset varios fines, quibus, hoc ipſo quo infideles non inhærent per fidem Deo, eos conſequenter inhæreſſe neceſſarium eſt, (impoſſibile eſt enim, ut hic abſit intentio veri finis ultimi bona, quin ſemper alia adit intentio alterius finis ultimi mala) cūm, inquam, recensisset varios fines, quorum conſideratione non peccata coercerentur, ſed alijs peccatis alia peccata vincuntur, generaliter & negative concludit: *Abſit ergo pudicum veraciter dicit qui NON PROPTER DEVM VERVM fidem commuſy ſervat uxori.* Et ibidem paulo poſt:

Lib. 1. de m. p. cap. 3.

Cap. 4.

*Hoc tam evidens bonum cum infideles habent, quia INFIDELITER utuntur, in malum peccatumque convertunt. Quid eſt autem infideliter, uti niti non ex fide opus ad Deum referente uti; ſed in ipſo ipſo evidenti bono, quo utuntur, & quod intentio eorum ſeipſis, non tranſitoria, ſicut oportet, ſed manſiona dilectione inhæreſcere? Quod ſtatim ut intelligeremus Auguſtinus explicat: *Quapropter qui NON hac intentione, NON hac voluntate, hoc ſine generant filios, ut eos ex membris hominis premi in membra tranſferant Corrupti id eſt, ut non eos in Deum eorum auctorem referant, ſed infideles parentes de infidelis prole gloriantur &c. Non eſt in eis vera pudicitia conjugalis. Et rurſum: Quomodo vera ratione pudicum corpus aſſerunt, id eſt, opus corporis eſt bonum opus pudicitie, quando a vero Deo ipſe animus fornicatur? Hoc eſt, dum fide Deum intendente atque ita diligente carens, creaturis proſtituitur, Prolequeatur eodem negativo exprimiendi modos accuratiſſimè in continuatione illius controverſie cum Iuliano.**

Ibid.

Nam cūm longa concertatione probaſſet adverſario ſuo, nullam eſſe poſſe line fide virtutem veram, aut opus bonum, totius ſolutionis cardinem tangit præciſiſſimè: *Quia cum NON AD SVM referantur auctorem domi Dei, HOC IPSO malis utentes efficiuntur in- iuſti. Quis, quæſto, Iulioſophus vel Theologus quantumcunque in pulvere Scholaſticarum contentioſum & argutiarum tritus, brevius, præciſius & ſignificatiſſimis verbis poſſet nodum tangere, & ultimas quaſtionis libras præciſere? Hoc ipſo, inquit, quo NON Deum referente carens, efficiuntur inuſti. Quam eandem acutiſſimam illius quaſtionis enodandæ rationem, poenè ubique ſerupuloſiſſimè obſervat. Nam radices totius præceptationis quærens, eaſque officij quod agimus & finis propter quem agimus attentione detegens ſic concludit: *Cum itaque ſaciſ homo aliqui ubi peccare non videtur ſi NON PROPTER HOC ſaciſ propter quod ſacere debet, peccare con- vincitur. Hanc autem finem debitum, eſt verum Deum pluribus cūm docuiſſet, rurſum inſtantius & eadē præciſiſſimè locutiones curâ adijcit: *Quicquid autem boni ſit ab nomine,***

Lib. 4. cont. vol. 1. c. 3.

Ibid.

Quicquid autem boni ſit ab nomine,

Ibid.

*A & NON propter hoc, propter quod fieri debet, vera ſapientia præcipit, veſi officio videatur bonum, ipſo NON RECTO FINE peccatum eſt. Quam negativam expreſſionem ſtatim adhuc continuando proſequitur: *Poſſunt ergo aliqua bona fieri, NON BENE ſacientibus à quibus ſunt. Nam hoc ipſo quo non bene ſiunt, id eſt, non referuntur, quò referri debent, ſiunt male, quòcumque alias referantur: quia ut addit: *Non bonum ſaciſ quod NON boni à voluntate ſaciſ. Causam reddit magna cum doctrinæ docentis ſecuritate: *Abſit enim ut ſit vel dicatur voluntas bona, que in alijs, vel in ſeipſa NON IN DOMINO gloriatur; hoc ipſo quippe quo NON IN DOMINO gloriatur, neceſſarium prioris eſt, ut vel in ſeipſa, vel in alijs, hoc eſt, alia quacunque creatura gloriatur: cum nihil aliud vel animo fingi poſſit. Et inferius cum obſervat Iulianus gentes illas, quæ ſine fide naturaliter ea quæ erant legis feciſſe videbantur, etiam de talibus maximeque Romanis, qui ceteris præcelluerant reſpondet Auguſtinus: *Hoc tamen peccantes quod homines ſine de NON A DEVM FINEM ipſa opera retulerunt, ad quem referre debeant. Et mox: *Minus impius quam Catilina Fabricius, non veras virtutes habendo, ſed à veris virtutibus NON PLURIMUM devianſo: quia videhæc hoc ſolo delinquebant, quò non ad Deum ſua opera referendo, à vero fine aberrando deviabant. Unde iterum paulo poſt: *Non erat in eis vera iuſtitia, quia non actibus ſed ſimulibz penſantur officiis. Causam reddit itaſim in alio exemplo de caſtitate: quia nec vera eſt caſtitas animi fornicantis, & vera iuſtitia eſt hominis dicentis hoc dedecus, & ridenti. Quæ ratio non eſt alia à præcedentibus; hoc ipſo enim quo animus fornicatur à Deo, hoc eſt, NON credit in Deum, ideoque nec intendit Deum, neque vera iuſtitia, neque bonum opus iuſtitie, neque caſtitate eſſe poſſet. Cum verò demiraretur Iulianus duritiæ doctrinæ Catholice, cujus pondere premebatur, quod non contentus Auguſtinus illi confessione ſua, qua agnoſcebat huiusmodi opera bona gentium eſſe ſterilia vitæ æternæ, ea inſuper mala, & peccata, & igne punienda aſſeverantiſſimè traderet, peteretque velut Auguſtinum ipſa rei abſurditate convicturus: *Si gentili nudum operaverit, nunquid, quia NON EST EX FIDE, peccatum eſt? Ad petitionem illam præciſiſſimam negativè expreſſam, eadem præciſione, & ſubſtitute, & categoricè reſpondit aſſeverantiâ Auguſt. *Proſus IN QUANTVM NON EST EX FIDE, peccatum eſt. Et cauſam reddit categoricè, & negativè: *Non quia per ſeipſum ſacitum, quod eſt nudum operare, peccatum eſt: ſed de tali opere NON IN DOMINO gloriari, hoc eſt, illud non referre in Dominum, ipſus impius negat eſſe peccatum. Quod paulo inferius probat ex hoc ipſo, quia talis miſericordia eſt INFIDELIS, ſeu non ex fide: reſponde, ut hoc ſine dubitatione perſpicias. *ſaltem ſciet miſericordiâ (hoc eſt, opus talis miſericordiæ) non eſſe bonam led malam, *Veram bonam miſericordiam exiſtentes INFIDELEM, id eſt, ſine fide************

Lib. 4. cont. 1. c. 3.

fide. Porro si vitium est male misereri, procul du-
bio vitium est INFIDELITER, id est, non
ex fide misereri. Quod si & ipsa per seipsum natu-
rali compassione opus est bonum, etiam ipso bono male
utitur, qui INFIDELITER utitur; & hoc
bonum male facit, qui INFIDELITER facit.
qui autem male facit aliquid, profecto peccat. In
quibus omnibus locis illud (infideliter) non
aliud quam negationem fidei sonat. Hoc
enim ipsum satis esse vult, ut non sit bona mi-
sericordia, sicut ex ijs verbis patet, quæ præ-
miserat: *Attentius cogita, ne forte misericordia non
sit, nisi quæ bonæ fidei fuerit*, id est, si non
fuerit hujus fidei: & ex ijs quæ statim adijcit
velut causam, cur etiam opera bona male
faciant: *Quia*, inquit, ea NON FIDELI
faciunt voluntate. Et ut intelligeremus, quod
illa voluntas non fidelis eadem omnino sit,
quam toties infideliter appellaverat, & cujus-
modi bonitatis sit, interpretando explicat:
*Sed infidelis, hoc est, stultia & noxia faciunt vo-
luntate*. Voluntas enim, id est, volitio infi-
delis hoc ipso quo non est fidelis, seu hoc
ipso quo non dirigitur fide, non nisi stulta
& noxia esse potest, quia NON IN DOMINO,
ut ante dixerat, sed in se ipsa vel in alijs gloria-
tur, quod stultum & noxium esse non dubit-
at Christiana fides. Itaque ultimum totius
negotij cardinem explicaturus, clarissimis &
philosophicis verbis in eadem præcisa & ne-
gativa exprimiendi phrasi perseverans, dilpu-
tationem ita concludit: *Hinc oculum agnosce
intentionem, qua facit quisque quod facit: & per
hoc discite, eum qui NON FACIT OPERA
BONA INTENTIONE FIDEI BO-
NÆ, hoc est, fidei que per dilectionem operatur,
totum quasi corpus, quod illis velut membris operi-
bus constat, tenebrarum esse, hoc est, plenum in-
gredivit peccatorum*. Quod ut adhuc radica-
lius & præcisius intelligeretur, eum sciret
præter illam Dei dilectionem, per quam
tanquam per intentionem fides operatur,
nullum alium amorem esse, vel esse posse,
nisi amorem mundi, circumspèctissime lo-
quens, & unicuique quod suum est tribuens,
de amore mundi dicit: *Amor*, inquit, *fruenti,
quibuscumque creaturis SINE AMORE CREA-
TORIS, non est à Deo*. Nimiram ut eum
intelligeremus esse, sicut alibi docet, à dia-
bolo, & ex eo non posse nasci quicquam
operis boni. De amore vero Dei, quem fi-
des dirigit: *SINE HOC AMORE crea-
toris nullus quisquam bene utitur creaturis*. Ut
proinde omnino impossibile sit, infideles, qui
hoc amore creatoris carent, ullâ omnino
creaturâ uti nisi malè; imo, quod multo est
deterius, ea frui. Alterutrum enim necesse
est fieri, ubi non est amor creatoris, ut crea-
turis vel utatur, vel fruatur. Frui creatu-
ris sine amore creatoris non est à Deo, sed ex
mundo, nec unquam licet: Vt verò crea-
turis sine amore creatoris nemo bene potest;
Per hunc amorem quippe creaturis, ut ibidem
adijcit, *bene quisque utitur etiam creaturis*. Fieri

enim non potest ut bonus usus sit, hoc est,
non malus, qui vero & ultimo utendi fine,
ad quem referri debet, destituitur. Sola enim
absentia ultimi ac debiti finis, tanquam cir-
cumstantiæ quàm maximè necessaria, ad ve-
rum peccatum abundè sufficit: ut latiatissi-
mè, & scrupulosissimè, contra adversarium
quàm obnixissimè resistentem in præcepti-
bus Augustinus explicuit.

Quam doctrinam & in alijs operibus velut
sanissimam, Christianisque adversus Pãio-
sophicas quascunque opiniones quàm maxi-
mè necessariam, frequenter inculcat. Nam
in tractatibus in Ioannem: *Sunt opera quæ vi-
dentur bona sine fide Christi, & non sunt bona*. Ioannem.
Vnde, quæso, & quamobrem? An ex ali-
qua extranea, vel perversa, vel erronea ali-
cujus accessit distortique finis circumstan-
tia? Minimè gentium; sed ob hoc dimit-
tat, quia NON referuntur ad eum finem, ex
quo sunt bona. Finis enim legis Christus, ad iusti-
tiam omni credenti. Et in libro de fide & ope-
ribus: *In homine ipso nisi præcedat fides, vita
bona sequi non poterit*. Et quid causæ tantæ im-
possibilitatis? Quicquid enim homo veluti rectè
fecerit, nisi ad pietatem, qua ad Deum est, refe-
ratur, rectum aut non oportet. Omne autem sa-
ctum si rectè factum non est, peccatum est. Et in li-
bris Confessionum: *Hoc enim peccabam, quod
NON IN IPso, sed in creaturis eius me, ut que
ceteras voluptates, sublimitates, veritates quære-
bam, atque irrueram in dolores, confusiones,
errores*. Illa quippe duo separari nullo pacto
queunt, ut qui non in Deo velut sine re-
quiescit non requiescat in creatura; & vice
versâ, qui non in creatura, non requiescat
in Deo. Nec enim anima potest nisi in eo quod di-
gitur requiescere. Merito igitur dicit Augusti-
nus, quod in eo peccaverit, quod non in ipso,
sed in creaturis quolibet tandem diligendo
quæserit. Nam ut in eodem loco definit
ac dicit: *Peccatum non solum illud est, quod in
turpi aut iniquo facto apparet hominibus; sed etiam
si habeat speciem boni operis, & tamen propter mer-
cedem temporalem fiat, NON PROPTER
requiem sempiternam, hoc est, non propter
Deum*. Temporalis enim operis merces ma-
ximè est finis ejus: quem necesse est esse tem-
poralem, quidlibet tandem respicere videat-
ur, nisi oculis collimet in sempiternum
Deum, velut eum in quo sempiternâ requie
debet requiescere.

Hinc & in Commentarijs super Psalmos:
*Opera quæ dicuntur ante fidem, quanvis videantur
hominibus laudabilia, inania sunt*. Nemo ergo
computet bona opera sua ante fidem: ubi fides
NON ERAT, bonum opus non erat. Et quid
erat, si bonum non erat, nisi malum? De-
erat enim non quolibet indifferens circum-
stantia, sed qua non presente non potest opus
ex ea sequens esse nisi malum, videlicet cir-
cumstantia recti finis, de quo contra Iulia-
num definitur, quod opus, etli officio quod
fit videatur bonum, ipso non recto sine peccatum
sit. Audi

A a

fi. Audi

Tract. 25.

Ioannem.

Lib. de fide

& operib.

cap. 7.

Lib. ad Ho-

norat. c. 12.

Lib. 1. Con-

fess. c. ult.

Serm. 15. de

avers. c. 4.

Ibid.

Præfat. in

Psalm 31.

Ibid.

fit. Audi igitur hanc ipsam ibidem expressam causam: Bonum enim opus intentione facit, intentionem fides dirigit. Audi explicatius inculcatam: Non valde attendas, quid homo faciat, sed quid eum facit afficiat, quo lacertes optime gubernatione dirigat. Fac enim hominem optime gubernare navem, & perdidisse quo tendit: quid valet, quis artemonem optime tenet; optime movet, dat proram fluctibus, caveat ne latera insistantur, tantum est viribus ut detorqueat navem quo velit. Et unde velit? & dicatur ei: Usque quo is, & dicat, Nescio; aut non dicat. Nescio, sed dicat, Ad illam portum eo, Nec ducat in portum, sed in saxa festinet? Nonne iste quanto sibi videtur in mari gubernanda agilitior, & effacior, tanto periculosius eam sic gubernat, ut ad naufragium gubernatio perducatur? Talis est & qui optime currit prater viam, hoc est, talia sunt opera, quamvis in speciem optima, prater fidem. Saxa enim sunt, mundus & ea quæ in mundo sunt, hoc est, qualibet creatura, si cupiditate diligatur. Nam ut ibidem adijcit: Amor mundi, amor huius seculi, quem nemo qui non diligit Deum in ullo opere suo nullis machinis aut subtilitate evadere potest, cupiditas facit. ideoque rectissime monet: Cupiditas refrenetur, ebrietas excutatur.

Hæc aliaque plura quæ proferri possunt perspicue, nihil multum fallor, demonstrant, utrum tota illa doctrina moles, quam de omnibus infidelium operibus tradidit, de infidelibus ex regula erroris, seu ex infidelitate, aliæve pravæ intentione operantibus tantum intelligenda sit; ideoque regulariter, & moraliter, ut ipsi loquuntur, tantum vera. Mentem quippe suam, qua sensit, omnia omnino opera infidelium nullo excepto esse vera peccata, nec esse posse nisi peccata; tanta manifestatione declaravit, ut si Solis radijs eam scribere voluisset, vix arbitrator illustrius eam nobis depingere potuisset. Repetit enim creberrimè, constantissimè, maximè præcisè loquendi circumspectione, hoc ipso quo dona

A Dei NON AD suum referuntur auctorem, in istos fieri: Hoc peccati quod SINE fide, NON AD DEUM referuntur opera sua. IN QUANTUM NON EST EX FIDE, peccatum esse de tali opere NON IN DOMINO gloriant. solum in ipso negare esse peccatum, NON FACERE opus intentione fidei bona, esse peccatum: Ipsi officio videatur bonum, ipso NON RECTO FINE peccari. Eth: iusmodi plurima. Dicit, cum quis aliquid NON PROPTER HOC facit, propter quod facere debet: si opus fiat NON PROPTER HOC, propter quod fieri debere vera sapientia præcipit: si infideles opera NON AD DEUM FINEM referant, ad quem referre debuerunt, hoc ipso esse peccatum. Hunc finem, ad quem opera infidelium referri debere, veramque sapientiam præcipere ut referantur, satiatissime & expressissimè docet esse unicum & verum Deum: ad illum intentionem velut oculum animæ esse referendam: illam intentionem fide dirigi. Quid amplius ab Augustino, à me ipso, vel ab ullo homine postulari potest, ut explicet mentem suam? Nec regulariter doctrinam suam, sed formaliter, universaliter, sine ulla exceptione, tanquam quæ principijs universalibus exceptionem nullam admittentibus nitatur intelligendam esse declaret: Nec enim arbitrò in omnibus operibus Aristotelis aut Platonis, quibus tantquam Philosophis circumspectum præcolumque loquendi modum Scholasticis tribuunt, vel etiam in ipsius Augustini lucubrationibus univèrsis ullam omnino quaestionem repertum iri, in qua tanta, tam crebra, tam constant, tam uniformis loquendi formalitas usurpata sit, quam in ista de operibus infidelium. Ut sanè nullo illustriore indicio convinci possit, recentiores illos ab Augustini doctrina recessisse, à cuius laqueis non nisi tam subtilibus elusionibus, & mirâ totius doctrine ipsius & principiorum perturbatione evadere queant.

CAPVT QVARTVM.

Augustini rationes ostenduntur juxta ejus principia esse validæ.

QVOD verò rationes Augustini frivolæ in eo sensu generali esse citatus auctor queritur, & tanto ingenio indignas, mirabileque continere verborum equivocaciones, hominis non satis rem penetrantis voces sunt. Augustini enim doctrinam à sensibus ipsius plerumque distinctissimam non tantum, salvâ ejus pace, non intelligit, sed vix quisquam scriptorum recentiorum facile reperietur, qui eam suis argutijs magis perturbaverit, & minus affecutus sit: Nam in plerisque, quæ tanquam absurda & incredibilia ex ea sequi arbitratur, fal-

litur. Vera sunt, quæ ipse falsa putat, homines ante fidem boni operis incapaces; & gratia bonæ voluntatis operatrice penitus esse delitatos: quia voluntas seu volitio bona, sine qua impossibile est esse opus bonum, à fide incipit, sicut peritis Augustinianorum sensum indubitatum est. Verum est iterum, quod ipse incredibile putat, intentionem commodi temporalis, quantumcunque ratione regulatam, nisi ratio præfigat operi suo finem Deum, esse malam, voluntatem esse superbam, quæ seposito Deo, solâ istâ quali morali honestate delectatur, ut infra